



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

§. 123. De bonis, hominibus et acillis traditis in villa Hundloun in pago Leri.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

guli portiones suas et ipsi sunt testes meyndag gelo oddo reding uuulfdag  
beuo luidolf redbold erp gunthland sibert efc tanchard heriuuard helm-  
uuuard irminuuuard adalbodu gharuuard beuo ubald uualdmer.

guber-  
nante  
Corbe-  
iam Wa-  
rino.

## §. 122.

Tradidit redman pro remedio animae filii sui heriman quidquid habuit  
in *hasbeke* (e) et in *hamershus* (f) testes uualdman uigo ragenheri haold  
et alii quatuor.

## §. 123.

Tradidit eilhardus in *hundloun* (g) quidquid ibi habuit scilicet et ho-  
mines

referendum. *Heriwardus* quidam testem egit, ipso (§. 32.) Theodhardo intra pagum Huerigo duos mansos donante. *Heriwardum* ad hæc quendam iam supra (§. 104) inter coheredes ducis Hessi deprehendimus. Videtur ille pater, hic vero filius, fuisse. *Helmvardus*, qui sequitur, nominatur (§. 231.) propinquus Beonis, fratris Luidolfi ducis. Quidam §. 9. *Helmvard* inter testes apparet, vbi in pago Nithega, in quem familia Brunoniana dominata est, quædam tradentur. De *Irminwardo*, *Adalbodu* ac *Beone*, ad eandem familiam referendis, iam supra diximus ad §. 104. not. (N) Restant ergo tantum reliqui *Gharward* *Ubald* ac *Waldmer* illustrandi. *Gharwardus* probabilissime ad stemma Widekin-deum refertur. Ratio patet consideratur ea, quæ de *Gharwardo* in his traditionibus adferuntur. Quamvis enim affirmare nolimus, traditionibus nostris semper per idem nomen, viro proprium, denotari vnam eandemque personam; adducenda tamen sunt omnia, et ea, quæ ad confirmandam sententiam nostram faciunt, retinenda; at cetera reiicienda sunt. Primo enim *Gerwardus* cum Eilberto donavit, quidquid habuit in pagi Tilithi villa Loferdi, testante §. 19. Postea *Gerwardus* idem inter testes obuius est, cum nonnulli, e progenitoribus comitum Euersteinensium procreati, (§. 22.) promitterent atque ecclesia Corbeiensi sponderent, se vlo tempore habitatores monasterii Corbeiensis haud infestaturos. Deinde *Gerward* et *Gharward* testimonium perhibere, cum quædam (§. 34.) in pago Logne, et (§. 60.) in pago Hessi, et (§. 61.) in pago Enterigauis sita, tradentur. Tum vero *Gerward* inter testes apparebat, cum aliqui (§. 89.) quædam in pago Itergowe seu in principatu Waldeccensi posita, et (§. 95.) in pago Huuetigo seu comitatu Swalenbergico obuia largirentur. Postea ipse *Gherward* (§. 148.) in Wuringreshus villa pagi Hessi, quæ Wirminghausen vicus est in Arolsen præfectura principatus Waldeccensis, quædam largitus fuit. Accedit, quod *Gherward* inter testes reperitur (§. 212), vbi Heriman in pago Hassi Franconico eiusque villa Hadunueni, quæ fortassis Huddingen est, locus præfecturae WILDungen eiusdem in principatus terris quædam traderet. Postea *Garward* rursum præfato erat, cum (§. 213.) Waladericus in marca Sturmethi, in villa Bodriki, non nihil donaret, atque Wigfuit (fortassis eius soror) in Hummi et Calriki, quidquid habebat, traderet Corbeiensisibus. *Gharwardus* eo ipso tempore inter testes aderat. Pro eius anima post haec tradidit Wychbertus mansum, testante §. 227. Ipse porro *Gerward* testem egit, cum Adalmer in pago Nethga quædam (§. 247.) traderet. Denique *Gharwardus* et *Erp* partem aliquam filiæ Masingorum donarunt; vti §. 255. refertur. Hæc filia in regione dynastæ Padberg est quærenda. *Ubaldus* et *Waldmer*, qui ultimi sunt, eti Waltmer quidam §. 10. appellatur frater Reutmeri, versantur adhuc intra penetralia Vestæ.

(e) Supra quidam Redman (§. 31.) mansum donavit, in Haslbechi villa pagi Auga si-  
tum. Eandem villam arbitramur fuisse Hasbeke. Id quod nobis perfludent et Hasbeke.  
nomen et traditor et nostrum Registrum.

De villa  
Hamers-  
hus.

(f) De villa Hamershus vide supra ad §. 62. not. (D) dicta.

De villa  
Hund-  
loun.

(g) De Hundloun villa pagi Leri vide supra §. 27. not. (C).

Ab anno mines duos filios cuiusdam nomine ello nec et ancillas duas unam filiam  
826 usque tiadmanni et aliam raymanni testes folcuerit hem fidac horic eumurman  
853 im- perante folcmar.

Hludo-  
uico et

§. 124.

Tradidit adalbodu pro anima fratris sui suuyricdac in *boffeskuf* (h)  
mansum unum unde supra scripti testes sunt.

§. 125.

Tradidit *cocco* (i) pro remedio animae nepotis sui *amelung* (k) quid-  
quid ipse habuit in pago *mofsiueddi* (l) et in aquilonali parte fluui qui  
uocatur

De villa  
Boffes-  
hus.

(h) *Boffeshus* villa erat in pago *Auga*. Designatur locus per illam, dictus *Boffen*,  
vix itinere dimidia hora ab oppido *Huxaria* distans, sed cis flumen *Wiferam*,  
olim in comitatu *Euersteinensi*, hodie vero in Principatu situs *Wolferbutte-*  
*lano*. *Chriſt. Franc. Paulinius* in *Historia Corbeiensi MSa* de villa *Boffen*  
fingit, seu potius ex Io. Lerzneri fictionibus repetit, Carolum Magnum in  
expugnatione caſtri *Brunonisburgi* ad radices faltus *Sollingani* collocasse li-  
xas et calones, ab antiquis Saxonibus *Gebouetze*, hoc est, *Gebouere*, *Baben*  
vel *Buben* dictos. Cum igitur illi ibidem morati fuerint, inde locum istum ab  
istis *Boffen* quasi *Bouenheim* vel *Bubenheim* adpellatum esse, refert vterque.  
Sed quis non statim fabulam subdoratur? *Boffen* idem est ac domus cuius-  
dam *Bofonis*, cuius denominationis particeps, vt ex fratre abbatis *Warini Be-*  
*uone* seu *Bouone* appetat, sine villo dubio quidam e progenitoribus *Eberti* et  
*Luidolfi* ducum fuit, vel alius cognominis, qui eandem villam primus incoluisse  
videtur. Villa *Boffenburun*, de qua vide §. 177, caſtro *Brunonisburgo* vicina  
fuit, et similiiter ex quodam est *Bouone* adpellata.

De Cob-  
bone.

(i) *Cocco* is frater abbatis *Warini*, et filius ducis *Eberti* arque *Idae*, fuit, vt supra §.  
29. not. (l) et §. 104. not. (n) demonstrauimus.

De Ame-  
lungo.

(k) *Amelungus*, vocatur nepos *Cobbonis*, ac *Cocco* dicitur auunculus *Amelungi*. Ha-  
bit autem *Amelungus* sororem *Cobbonis Hadwygam*, quæ ab *Uffingio Hadwi* no-  
minatur, vt supra §. 29. vidimus, in matrimonio. Id apparet ex his traditioni-  
bus infra §. 149, vbi *Hadwy* adpellatur vxor *Amelungi*, eiusque filii *Bennid* arque  
*Amalung* nuncupantur. Quodsi vero hi factores fuerunt illusterrime familie *Bil-*  
*lingana*, vt supra demonstrauimus, origo *Billinganae* familie per feminas ab *Ec-*  
*berto* duce *Saxonie* eiusque vxore *Ida*, ex fanguine regum *Francorum* oriunda,  
ita certa reddatur, vt de ea proſrus nihil dubitationis supersit.

De pago  
Moswed-  
di.

(l) *Mofsiueddi* pagus idem erit, qui infra (§. 211.) nominatur pagus *Mofwid*. Nisi  
hoc loco particula et addita effe, dubium restaret nullum, quin situs huius pa-  
gi extiterit ad ripam fluuii *Albie* seu *Albis*, in vtraque fluminis ripa. Id ta-  
men quodammodo indicare videntur traditiones, eundem pagum ad fluuium  
*Albim* esse querendum. Distinctum pagum fuisse *Mofsiueddi* a pago *Mofidi*, quem originale diploma Heinrici II, ad annum 1004 datum, quod iam in ma-  
nibus nostris est, habet, vt celeb. Grupenius in *Orig. Pyrmont.* p. 15. sentire  
videtur, creditu est difficile. Quemadmodum enim villa *Wigmannesburſtal*, a  
dicto casare in pago *Mofidi* posita, vicus *Wigmannesburg* in praefectura *Medingen* in  
Principatu *Luneburgico* sita, esse non potest: ita villa *Benedorf*, eodem  
in pago a cœlare locata, erit *Berndorf*, qua in *Veteri Marchia* visitur. Quan-  
uis vero maxima sit similitudo inter *Wigmannesburſtal* et *Wigmannesburg*, ne-  
gari tamen non potest, in regione, circa *Wigmannesburg* sita, exitisse pagum  
*Bardango*. Id ipsum ex villis appetat, quæ eidem pago *Bardango* in monu-  
mentis nostris adtribuuntur. Enumerabimus aliquas, quæ sic adpellantur, 1) *Holtbehusen*, quæ nunc est *Holthusen* in praefectura *Ebendorf*: 2) *Aldendorf*,  
quæ est *Oldendorf* in eadem praefectura: 3) *Scelteſhorp*, quæ vel *Solgesdorp*,  
vel *Seckeldorf*, vel *Segelsdorp* in praefectura *Medingen* est: 4) *Ntendorf*,  
quæ est *Niendorf* intra eamdem praefecturam: 5) *Catelnidorp*, vulgo *Kollendorp*

in